Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

seculi et deceptio diviciarum et cetera reliqua concupiscencie introeuntes suffocant verbum et sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum et suscipiunt et fructificant unum xxx. unum lx. unum centum.

aures au. au.

Beda. Docens hec admonicio in ewangelio ut sepe est. iohannis interponitur: iniciandi hoc quod dicit atque ad audienciam discendi que insinuatur. Aures enim audiendi sunt cordis et sensus interioris aures obediendi et faciendi que iussa sunt. Sequitur. Et cum esset singularis. interrogaverunt eum hii qui cum eo erant. xii. parabolam et dicit eis. Vobis datum est scire misterium regni dei. illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. **Criso.** Q. d. Vos qui estis digni omnia que ad predicationem sunt congrua edocemini. parabolarum manifestationem addiscitis. ad istos autem parabolis usus sum: quia digni non sunt addiscere propter eorum maliciam. Qui enim legis quam acceperant obedientiam non tenuerunt: i(ta) cum sint ut novi sermonis participacionem non habent. sed ab utroque sunt alieni. Honore enim per discipulorum obedienciam quod pro certo indigni facti sunt reliqui iusticie doctrine. Postea non inducit non as prophetie eorum consimilem nequitiam tamquam a longe confirmatam. Unde sequitur. Ut videntes videant et non videant et audientes audiant et non intelligant. q. d. ut prophetia impleatur que hoc predicit. **Glo. proph.** Hec enim eos fecit videntes i. intelligentes bonum. Ipsi vero non vident voluntarie se fingentes non videre ne convertantur et corrigant se. tamquam sue salutis invidentes. Unde sequitur. Ne quando convertantur. et dimittantur eis peccata. **Crisosto.** Sic ergo vident. et non vident. audiunt et non intelligunt. Quod enim vident et audiunt: contingit eis gratia dei. Sed quod non vident et non intelligunt: contingit eis quia graciam recipere noluerunt. sed oculos claudunt. et fingunt se non videre. ut dictis acquiescant. et sic a peccatis non mutantur propter hoc quod vident et audiunt. sed contrarium patiuntur. **Glo. proph.** Ut possit aliquis intelligi quod reliquis loquebatur in parabolis: ut videntes non videant et audientes non intelligant. Hec enim dat visum et intellectum his qui petunt. reliquos autem obcecat. ne in maiorem reargucionem sit eis quod cum intelligerent nollent facere quod ostenditur. Unde sequitur. Ne quando convertantur. et dimittantur eis peccata. **Aug.** Ut hic intelliguntur peccatis suis meruisse ut non intelligerent. et tamen hoc ipsum misericordie eis fecit. ut peccata sua cognoscerent. et conversi veniam mererentur. *de conversione eorum.* **Jeron.** Hic ergo qui foris sunt in parabolis omnia fiunt. et facta i. verba salvatoris quia in illis que operabatur virtutibus. nec in eis que predicabat eciam sanctus eum cognoscere dominum valent. Ideo quia ad remissionem peccatorum attingere non valent. **Criso.** Quod autem non loquebatur eis nisi in parabolis. non omnino loqui desisterat: demonstrat quod his qui bono propinqui sunt. et si non conversis bonum non trahant: occultum tamen eis ostendit. Cum autem aliquis cum reverentia ac recto corde accedit: occultorum revelationem consequitur habundanter. Cum autem non sana sentit: nec his que multis facilia